

nis Smilax aspera, & Hedera Cilissa vocatur: Italis, Hedera spinosa, & Rono cervino, Germanis, & Harpfe Winden: Gal-  
lis, Tan, sive Smilax aspre. Quæ verò quidam ἀά Grace, Smilax lavis sive lenis Latine dicitur: Italicè, Vilucchio maggiore:  
Germanis Winden oder Zaunglöcklein: Hispanicè, Correguela mayor: Gallicè, Liset major seu Campanette. At Lupu-  
lus, Italis, Lupolo, Brusandolo, seu Forancefo: Germanis, Hopffen: Gallis: Honblon.

Smilax, aspera est & lævis, utriusque & suæ differentia. I. Smilax aspera fructu rubente, C. B. Smi-  
lax aspera, Matth. Fuchf. Turn. Dod. gal. & fol. Cordo in Diosc. (cui & hedera cilissa) Ges. hort. Lac. Lob.  
Cast. Cæf. Tab. Cam. Lug. cui & Volubilis acuta vel pungens. Smilax aspera vera, Trag. Smilax aspera  
fructu rutilo, Clus. hist. Hisp. Volubilis aspera, Lonicer. II. Smilax aspera Peruviana seu Salsa parilla,  
de qua supra lib. 1. cap. 110. III. Convolvulus major albus, C. B. Smilax lævis, Matth. Fuch. Ges. hor. 10  
(cui & Convolvulus Plinii) Lac. Cast. Smilax lævis alba major & Conjugulum Catoni, Dod. gal. Smi-  
lax lævis major, Lob. Dod. fol. Volubilis, Brunf. Volubilis major, Trag. Lon. Thal. Taber. Helxine cis-  
fampelos, Cor. in Diosc. Convolvulus major, Ges. hor. Cæfal. Malacocissus Damocratis, Anguil. Jastone  
Plinii, Dalechampia in notis in Plinium. IV. Lupulus mas, seu Volubilis foliis asperis Mesues, C. B.  
Lupulus, Matth. Brunf. Turn. Lonic. Dod. fol. Cast. Cæfal. Lugd. Tab. Lupulus salictarius Fuchf. Dod.  
gal. Ges. hort. Lac. Ab hoc differt Lupulus femina, foliis, quæ circa radicem non laciniata, sed tantum  
incisuris ferrata & rotundiora sunt: flosculis subpallidis, qui sine fructu pereuntes in pollinem luteum  
abeunt. Ut prior in sepibus nascitur. Sunt qui Lupulum marem appellant, qui steriles habet flores: &  
fœminam, cui absq; flore folliculares fructus innascuntur, quod & aliis herbis, ut Spinachia, Cannabi,  
tribuunt.

Muscivæ ægla.

RUSCUS.

CAP. CXLI.

Rusci  
confid.Pungi  
topi.

Nomina.

Sylvestris myrtus, aliquibus oxymyrine, aut myr-  
tacantha, Latinis ruscum appellatur: folium fert  
myrti, latius, in formam lanceæ mucronatum: bac-  
cæ per maturitatem rubescunt, rotundæ, à medio fo-  
lio dependentes, osseo intus nucleo: cubitales ramu-  
li ab radice exeunt, vitilium modo lenti, fractu con-  
tumaces, foliosi: radice graminis simili, acerba, & sub-  
amara. Folia & bacce in vino potæ, urinam cient: men- 30  
ses pellunt, vesicæ calculos frangunt, stillicidio urinæ  
medentur, dolores capitis sanant, & regium morbum.  
In asperis, & præcipitibus locis enascuntur. Deco-  
ctum radices in vino potum, eosdem præbet effectus.  
Cauliculi recentes, asparagorum vice in cibo sumun-  
tur: amari autem sunt, sed urinam movent.

Ruscum officina corrupto nomine ex litera additione Bru-  
scum appellant. Nos vero, quod arceus muribus is aptis-  
simus sit, si salitis appensis carnibus funiculo circumligetur, 40  
Pungi topi Herrusca lingua dicimus. Germinat hic vere  
asparagi modo, turionibus tamen brevioribus, crassioribus, hir-  
sutisq;: qui elixi manduntur ex oleo, sale, & aceto. Excal-  
facit radix, siccat, aperit, abstergit, extenuat. Ceterum, quod  
non obscure amarorem gustui relinquunt, in medicamentis po-  
tius, quam in cibis expetuntur: sunt enim cienda urina, ape-  
riendisq; obstructionibus perquam idonei. Græci, quod foliis  
sit acutis, & myrtum amuletur, oxymyrine, hoc est, acuta  
myrtus appellatur. Ea Græci μυρτινὴ ἀγία & ἑσπεροειν vo-  
catur, Latinis, Ruscus, & Myrtus sylvestris: Arabibus, qui Cu- 50  
bebas cum rusco confundunt, Cubebe: Italis, Rusco & Pungi  
topi: Germanis, Brusch; Hispanis, Jus barba, & Gil barbara:  
Gallis, Brusco, Brus.

Ruscus, Matth. Trag. Cord. in Diosc. Ges. hort. Lac. Lob. Lugd. Cæfalp. Taber. Camer. Ruscus ve-  
rus, Lonic. Ruscum Dodo. gal. & fol. Myrtus sylvestris. Turn. Myrtacantha & murina spina, Lob. in  
icon. Centromirini Theophrasti, & Oxymyrine, Anguillara.

Δάφνη ἀλεξανδρῖνα.

LAURUS ALEXANDRINA.

CAP. CXLII.

a Mem  
co misis.  
i. in me-  
dis.Lauri  
Alexan-  
drinae  
confid.

Laurus Alexandrina folio est rusci majore, molliore, & candidiore: semine a inter folia rubro, ciceris 60  
magnitudine: ramos spargit in terra dodrantes, interdum longiores: radice sylvestri myrto simili,  
majore, molliore, odorata: invenitur in montosis. Difficiles partus accelerat, radice pota sex drachma-  
rum pondere in vino dulci, & stillicidio urinæ auxiliatur, sed sanguinem extrahit.

Si laurum Alexandrinam, & Hippoglossum unam & eandem plantam esse sensisset Dioscorides, ut quidam existimant,  
nulli quidem dubium est, quin supervacuum erat, de hisdem seorsum, diversis atq; etiam proximis capitibus Dioscori-  
dem differere: vel nullam earum notis, & viribus reperiretur differentia. Sed quoniam eas seorsum tanquam diversas re-  
tulit, diversasq; utrisq; notas assignavit, idcirco has plantas inter se differre dicatur, necesse est. Nam etsi utriq;  
folia

## I. LAURUS ALEXANDRINA.

## II. LAURUS ALEXANDRINA altera.



folia rusci reddiderit Dioscori les, tamen Hippoglossum statuit aculeatam gerere comam, & in summo ceu linguas è foliis exeuntes: commendavitq; comam ad dolorem capitis coronam modo impositam, & radicem, succumq; malagmatu admisceri scripsit. Verum hic in Laurus Alexandrina nec linguarum meminit, nec aculeorum è foliis prodeuntium: tradidit quidam hanc folia habere rusco similia, sed majora, molliora, & candidiora ramos adstantiales, in terram sparsos: radicem rusco similem, majorem tamen, molliorem, & odoratam Cui vires tribuit ad difficiles partus, ad urinae stillicidium, & ad sanguinem extrahendum. His accedit, quod (ut Dioscorides testari videtur) Laurus Alexandrina fructum fert rubrum, ciceris magnitudine, inter folia, non autem in mediis foliis, ut hippoglossum, & ruscus. Ex his itaq; tum notis, tum viribus, quae in hisce duabus plantis maxime pugnare deprehenduntur, omnibus abunde constare arbitror, hallucinari eos, qui putant Laurum hanc, & hippoglossum unam & eandem esse plantam. Nos equidem hanc, cujus hic figuram damus, veram ac legitimam Laurum Alexandrinam esse censemus, quae (ut pictura pulchre demonstrat) non parum ab hippoglossa differt. Huic alteram adjecimus quae & ipsa haud dubie, si fallor, fuerit Laurus Alexandrina si huic fructum in mediis foliis innasci concedamus. Lauri Alexandrinae vires memoria prodidit Galenus lib. 6. simpl. medic. sic inquit: Lauri herba, Lauri Alexandrinae vires ex Gal. Nomina.

50 Polygonatum latifolium ramosum, C.B. Laurus Alexandrina, Matth. Dod. gal. Cam. Hippoglossum, Lug. Polygonatum tertium, Clus. hist. Pann. Polygonatum quartum latifolium, Tab. Rusco affinis tertia Caespino. II. Hippoglossum fructu folio insidenti, C.B. Laurus Alexandrina altera Matth. Laurus Alexandrina, Lac. Tab. Laurus Alexandrina vera, Lug. Hippoglossum, Loni. Rusco affinis altera, Caes.

Δαφνοειδής.

DAPHNOIDES.

CAP. CXLIII.

Daphnoides cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus, obsequiosisq; multis, à medio sursum versus foliosis: cortex supra modum viscosus ramos vestit: folia lauri, graciliora, & molliora, fractu contumacia, quorum gustatu os & fauces incenduntur: flores candidi: bacca, cum ematuruerit, nigra: radix inutilis: nascitur in montosis. Pituitam extrahit folium recens, vel aridum in potu: menses ciet, & vomitum: caput inanit commanducatum: sternutamenta movet. Baccæ quindecim potæ alvum resolvunt.

Χαμαδάφνη.

CHAMÆDAPHNE.

CAP. CXLIV.

Chamædaphne virgas emittit cubitales, singulari ramulo constantes, rectas, tenues, laeves: folia lauri similitudine, laeviora multò, ac viridiora: semen rotundum, rubens, annexum foliis. Illinuntur capitis doloribus trita folia, & stomachi ardores mulcent: ad sedanda tormina cum vino bibuntur. Potus cum vino succus menses, & urinam ciet: idem facit pello appositus.

Bbbb 2

Daphnoidea

## I. DAPHNOIDES.

## II. CHAMÆDAPHNE.



Daphnoi-  
dis, &  
Chamæ-  
daphnes  
confid.  
Mezereu-  
non est  
Daph-  
noides.

**D**aphnoides quam officina, & herbariorum vulgus Laureolam vocant, frutex est vulgaris notitie. Provenit hac fre-  
quens in vallis Anania montibus, Tridentino agro & ubiq; ferè locorum. Nam & in Germania, & in Bohemia, atq;  
aliis plerisq; in locis copiosa visitur, nullis prorsus reclamantibus notis. Cubitalibus enim assurgit virgulis flexilibus, obsequio-  
sisq; foliis numerosis, sursum spectantibus, lauro similibus, gracilibus tamen ac mollioribus, acerrimo gustu: quin & ra-  
morum cortex admodum tenax est. Hinc itaq; fit, ut eos errare toto celo deprehendantur, qui putent Mezereum Mauri-  
tanis vocatum esse Daphnoidem: quandoquidem Mezereum Chamælea est, de qua suo loco differemus. Porro Chamædaph-  
ne, quam Laureolam marem pleriq; cognominant, foliis ac fructu à Daphnoidem non longè differt: verum hac tantum in-  
tercedit differentia, quod Chamædaphne singulari rectoq; caule constat, cui folia circumquaq; prominent, adeo ut in ca-  
cumine in orbem umbellæ instar diradientur: semine inde prodeunte Daphnoidis modo. Caterum, quod vocaverit Plinius  
Chamædaphnen eam clematidem, quam aliqui Vincam pervincam appellant, credidere quidam hanc Dioscoridi esse Cha-  
mædaphnen. Sed profecto huc falluntur errorq; omnibus evidentior fiet, quam ut pluribus explodi possit, si modo contem-  
plentur, & conferantur nota, quibus Vincam pervincam descripsit Plin. l. 21. c. 11. & quibus representavit Chamædaphnen  
l. 24. c. 15. Verum Plinio, quod clematidis folia sint lauri, videaturq; humilis laurus, ideo non temere eam Chamædaphnen  
dici placuit. Sunt qui Laureola fructum Piper montanum vocent, quam vix rusticis Ananienfibus nihil aliud sit piper mon-  
tanum, quam Dioscoridi granum Gnidium, ut infra suo loco dicemus. Daphnoidis recentia folia confusa illinuntur utili-  
ter ischiadicis tam diu quousq; ruborem, aut vesicas excitent. Daphnoidis, & Chamædaphnes uno tantum capite memi-  
nit Galenus lib. 6. simpl. med. sic inquit: Chamædaphnes germina tenera edi quoq; assolent. Est autem persimilis viribus  
lauro Alexandrina: sicut sanè & quod Daphnoides nuncupant. Planta, quæ Græcis δαφνοειδής Latinis item Daphnoides, 50  
& Laureola nominatur: Arabibus, Daphnides: Italis, Laureola: Gallis, Laureole. Quæ verò χαμαδαφνη Græcè, Chamæ-  
daphne pariter Latine dicitur: Arabicè, Chamædaphnes: Italicè, Chamædaphne.

Piper  
monta-  
num.  
Daphnoi-  
dis &  
Chamæ-  
daphnes  
vires.  
Nomina.

Laureola duplex est, alia folio teneriore & deciduo, alia folio crassiore & semper virente: I. Laureo-  
la Germanica folio teneriore, C. B. Daphnoides Matth. Turn. Fuch. Gesl. hort. (cui & piper montanum  
Italorum) Lac. Cast. cui & Laureola major: Daphnoides aliorum Lon. Daphnoides flore purpureo,  
Tab. Chamælea seu Mezereum, Trag. Chamælea Germanica Dod. gal. & fol. Cam. Thalan Chamælea al-  
tera, Cæsal. Mesereum Germanicum, Eob. Laurus pusilla, Eidem in iconibus, Laureola scæmina, Lugd.  
Chamædaphne. Clus. hist. Panno. Thymelæa, Cord. in Diosc. Piper montanum Anguillæræ. Glycyrrhi-  
zam montanam nominare solemus, ut rei herbariæ ignaros fallamus, quod hætenus in omnibus ferè  
herbationibus contigit. II. Chamædaphne, Matthiolo, Lac. Lonic. Castori, cui & Laureola minor, 60  
Daphnoides seu Laureola Lugd. Hanc figuram Matthioli in majoribus iconibus exhibet: in minori-  
bus etenim unico caule expressit, de qua stirpe nonnulli dubitant tanquam de incognita: alii tamen ad  
Daphnoidem referunt: suspicantur, Matthiolum Laureolam officinarum exprimere voluisse.

Εξίσχυε & λυμνός.

VERATRUM ALBUM.

CAP. CXLV.

**E**lleborum album Latini veratrum album vocant, fert folia plantaginis, aut betæ sylvestris similia,  
sed breviora, & nigriora, subescentia: caulem cavum, quadrantalem, tunicis convolutum, quas  
abdicat

abdicat, cum arescere incipit, radicibus nitrur multis, tenuibus, ab oblongo, & exiguo capite ceparum modo exeuntibus: nascitur in montibus, & asperis. Radices messibus colligendae. Optimum habetur candidum, friabile, carnosum, modice extensum, nec a tamen junci modo mucronatum, quod frangendo pulverem emittit, & tenuem habet medullam, gustu non admodum fervens, b neq; salivam subinde ciens: hujusmodi autem strangulat. Primatum Cyrenaicum tenet. Galaticum autem, & Cappadocicum candidiora, & pulvere quodam obsita, celerius strangulatus moveat. Vomitione autem varios extrahit humores. Collyriis admiscetur, quae caliginem oculorum discutiant: partus impositum necat, menses pellit, sternutamenta excitat: mures interhect, cum melle & polenta subactum: absumit carnes, sicoquatur una. Datur per se jejunis, & cum sesama, aut ptisanæ succo, aut halicæ, aut lentis cremore, cum aqua mulsa, aut pulvere, aut quavis alia forbitione. Cogitur cum pane, & ita inassatur. Preparatio corporum, ac victus ratio diligenter tradita est, cum ab his qui de medica ejus porione scriptitarunt, tum maxime à Philonide Siculo Ennensi, cui nunc assentimur: quippe longum nimis esset in hac praefertim editione de materia, simul medicam curandi rationem exponere. Dant nonnulli in pultis forbitione, aut copioso halicæ cremore, aut paucum antea cibum dari praecipientes, statim veratrum offerunt, iis praefertim, quibus strangulationis suspicio imminet, aut si valetudo corpus infirmat: hoc enim modo dejectionis nihil periculi minatur, quod cibo munitis non intempestive medicamentum corporibus offeratur. Vomitiones concitant subditæ ex eo balani cum aceto.

Ε'κρίβηθ' μέλας.

VERATRUM NIGRUM.

CAP. CXLVI.

20 **E**lleborum nigrum appellatur melampodion, quoniam caprarum pastor nomine Melampus furentes in se Proetidas primus purgasse, & sanasse fertur. Folia ei viridia, platani similia: minora foliis sphondylii proxima, subaspera, nigriora, pluribus divisuris incisa: caulis asper, flores in purpura albicantes, racematim cohaerentes: semen cnici, quod in Anticyra sesamoides vocant: quo dejectiones moluntur. Radicibus cohaeret nigris, tenuibus, à capitulo cepæ simili confibratis, quarum est usus. In collibus, asperis, & a sitientibus locis enascitur. Optimum est, quod ex hujusmodi petitur terris, ut ex Anticyra. Nigrum inibi probatissimum gignitur. Eligi debet corpulentum, & plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu, fervensq;: cujusmodi est in Helicone, Parnaso, & Aetolia natum: attamen Heliconium praecellit. Veratrum nigrum purgat ventrem, detrahit bilem pituitasq;: datum per se, aut cum scammonia, & tribus obolis sive drachma salis: decoquitur vel cum lente, & jusculis, quae purgationis causa sumptantur. Prodest morbis comitialibus, melancholicis, infanientibus, articulariis doloribus, & resolutis. Menses inditum trahit, partus necat: purgat fistulas impositum, & tertio die detractum. Item contra gravitatem auditus in aurem demittitur, ibiq; in alterum, aut tertium diem esse finitur. Scabiem sanat illitum cum thure, aut cera, & b pice, & cedrino oleo: vitiliginibus, lepris, impetiginibus ex aceto medetur: dentium dolorem collutione mitigat. Erodentibus medicamentis confiscetur: hydropicorum ventri utilissimè imponitur factum ex eo, farina hordeacea, & vino, cataplasma. Confitum proximè ra-

## I. ELLEBORUM ALBUM.

## II. ELLEBORUM NIGRUM.



Bbbb 3

dices

ces vitium, vinum purgandi facultate donat. Hujus res parsu domos expurgari arbitrantur: quare inter fodiendum stantes Apollinem, Aesculapiumque precantur, ac vitant aquilæ volatus: advolare enim non sine periculo tradunt: namque si avis effossionem ellebori conspexerit, moriturum qui succidit, augurium est. Celeriter effodiat oportet, quoniam halitu caput aggravat: quapropter ad id arcendum, fossuri alium præsumere, & vinum bibere consueverunt: nulli ita noxæ opportuni redduntur. Veratri albi modo emedullatur.

Ellebori  
utriusque  
consid.

### III. ELLEBO. NIGRUM alterum.

Ellebori  
dilutum.



Elleb.  
purpureo  
flore.

La urbem proficiscuntur, ubi & nos præstantissimum sapius legimus. Provenit quoque Elleborum flore purpureo copiosissi-  
mum in Austria superiori, non longe à Linz, prope urbem quam Steir vocant, unde quotannis ad me illud mittere so-  
let excellens medicus Martinus Stoppius Flandrus. Purpurei radices nigriores, carnosioresque, ceteris habentur: cum alio-  
rum generum radices ut plurimum subalbida spectentur. Atque facies non omnibus eadem est. Purpureum enim florem ge-  
renti, numerosa sunt folia, robusta, & saturatè virentia: ea septem ea simul ex apice robusti canaliculatiq; pediculi, qui  
quoque, plures in universa planta habentur, prodeunt, atque sex, quæ utring, terna exeunt, in exortu simul conjuncta spe-  
ctantur: quod verò medium est per se solum sine comite consistit. Caulem gerit hac planta cubito paulo brevior, rotun-  
dum, glabrum, ac solidum: flores rosarum figura, in purpura albicantes, e quorum medio inter alba quadam capillamen-  
ta octo exoriantur siliquulae invicem conjuncta corniculi figura, in quibus semen oblongum concluditur: radicibus nititur  
numerosis, longis, tenuibus, saturatè nigricantibus, tenui intus matrice, & à bulboso capitulo à quo caulis exit, prodeunt  
bus: amaro, acris, gustatu, & qui facile stomachum moveat, odore insuavi, ac ingrato. & præsertim ubi exenterat & radices  
siccescunt. Ceterum genus alterum, quod florem candidum profert, nihil prorsus facie à præscripto differt, nisi florum colo-  
re. Tertium verò genus quod nos feminam, aut Pseudoelleborum appellandum censemus, folia gerit digiti novem ad pedi-  
culum usque, dissecta, acroniti Cynoctoni serè modo: sed longioribus divisuris, nigricantia, circumquaque serrata. & è longo pla-  
nos, pediculo, cava per medium excurrente linea, ortum ducentia. Caulem edit vegetum, subasperumque: flores ceteris si-  
miles, sed herbaceo colore subvirides, aut quadantenus subpalescentes quinq; aut plures, emergentibus: medio corniculis  
acuminatis & utring, compressis, in quibus semen continetur. Radicibus cohaeret numerosis, tenuibus, palmari longitudine  
ac etiam longioribus, colore nigricante, & perinde ac in aliis à capaceo capitulo ortum ducentibus: odore pariter gravi, &  
sapore amaro, acuto, ac nauseabundo. Nascitur in montibus, & convallibus. Germinat omne genus Januario, & Februario,  
sed Martio floret, sæpeque suo germinatu nives perforat. Herophilus antiquissimus medicus elleborum fortissimo duci aqua-  
bat: concitatis enim intus omnibus, ipsum imprimis exire dicebat. Ideo erravisse antiquos parcius id præbendo, cum celerius  
erumperet, quod daretur largius. Sed hac Herophili sententia non placet nostra atque medicis, neque etiam nobis, ut quæ  
pluribus damnari, & explodi possit. Elleborus niger boves, equos, & sues necat, proinde id in pascuis cavent, quamvis album  
innoxie depascantur. Nigri radices demorsis à serpente quadrupedibus mirifice medentur, si recentes in vulneris osculum,  
sublata à carne cute immittantur, quod ita ejaculatum revocent venenum: quin & illud idem prodest, si gregi pestilentia  
ingruerit, in auribus trajecta, vel pectori infixæ radice. Quæ ratione ducti credere nonnulli, id etiamnum in hominibus fie-  
ri posse, quod si in perforatam calcanei cutem nigrum elleborum inferatur, eos omnino à pestilentia tutos reddat, qui ge-  
staverint. Ellebori semen, Aristotele aurore, coturnicibus gratissimum est: quam ob causam antiqui eas abdicarunt mensis  
quæ tamen hodie magnopere expetuntur. Porro non desunt è recentioribus: qui putent nigrum communis usus Elleborum  
cui flo-

cui flores herbacei insunt, non elleborum, nec ejus speciem esse, sed eam sanè plantam, quam Columella, & Plinius Consiliginem vocant, cujus sententia est clariss. ac doctiss. Fracasorius, qui etiam ejusdem Plinii Enneaphyllon eandem facit, quamq. ad pecorum pulmonariam curandam, pestilentiamq. arcendam summis laudibus efferunt, hoc tantum pro argumento ferri, quod scripserint ii, si in morbo quadrupedis auricula consiliginis radix inseratur, perforata ferro prius auro, omnem morbi vim eo confluere, & per illud foramen pestilens virus elici. Siquidem cum pastores hujus aratis observaverint, id totum (ut nos quoq. paulò antè diximus) praestari tantum illius ellebori radicibus, existimaverunt hoc veratri nigri genus, quod flores rubentes non proferat, vel (ut Diosc. inquit) in purpura albicantes, sed herbaceos, consiliginem esse. Sed ii, mea quidem sententia, falluntur: quippe Absyrtus, & Hierocles idem praestare nigrum veratrum affirmant. Quibus etiam subscribit Plin. lib. 25. c. 5. his verbis: Nigrum elleborum pecorum, & jumentorum pituitas sanat, furculo per aur-

Elleb. ni-  
grum nō  
esse  
Consili-  
ginem.

10 rem trajecto, & postera die eadem hora exempto: hac Plinius. Ex quibus utiq. perspicuum fit, non modo consiliginis, sed etiam nigri veratri radicem hac omnia efficere posse. Vanum profectò esset dicere, exempli gratia, sabinam esse calamint bā vel contrā, quod utraq. remotos menses eliciant: quasi natura adeo fuerit avara, ut unicuiq. morborum generi unum tantum genuerit medicamentum, cum tamen nullus sit morbus, cui innumeras non creaverit medicinas, uno & eodem ordine adhibendas. Adde etiam quod cum nullus extet author, quod ego invenerim, qui Consiliginis historiam describat, neq. una quidem nota ejus faciem repraesentet, non video, quomodo rectè ii asserere possint, veratrum nostri usus esse Consiliginem. Sciant itaque velim, qui nigrum herbacei floris Elleborum idè Consiliginem esse contendunt, quod pestilens filiginem. Sciant itaque velim, qui nigrum herbacei floris Elleborum idè Consiliginem esse contendunt, quod pestilens

20 autem edidit: ita etiam idem, meo iudicio, in manifesto illorum errore versatur. Nec Enneaphyllon esse putamus, siquidem Plinius nusquam meminerit Enneaphyllon consiliginem latinis vocari, eamq. urentis facit facultatis, & lumborum, coxendiciumq. doloribus utilem. Caterum hic non est silentio dissimulanda inepta satis, & vana, meo quidem iudicio, de nigro veratro opinio Ugonis Solerii, viri alioqui doctissimi, ut ejus testantur scholia, qua nuper in priores Aëtii libros edidit. Is enim in praedictis scholiis censet, Elleborum nostri usus tam illud, quod flores fert rosarum modo purpureos, quam quod albos, esse lycocloni vel cynocloni aconiti species: quod verò herbidos habet flores, Plinii & Columella

Ugonis  
Solerii  
opinio  
explosa.

30 luntur, capitis dolorem ob vaporum halitum concitari, ut ipse millies sum expertus, id quod in nigri veratri evulsione testatur Diosc. Ex his igitur constat, nullam harum trium plantarum ad nigrum veratrum satis aptè posse reduci: quin duas priores aconiti lycocloni postremam species esse, postremam herbā sui generis: hac Solerium. Quibus verbis eum in me egisse non aperte meamq. oppugnasse sententiam, ex hoc planè conjicio, quod nullus, quod sciam, antè nos scripserit, tria in ita alia, ac privatim in Carniola reperiri nigri veratri genera. Neque id certè agere fero, quod libenter audiam, indies novas in re herbaria proferri sententias. Velim tamen id liberius, apertius, & firmiter, tum rationibus, tum auctoritatibus fieri. Re-

40 deo ad Olerium, cujus sanè hac in re argumenta me facile diluere posse spero, ut pote qua (pace ejus dixerim) levius satis sint, & prorsus à veritate desciscant. Nam falsum esse ac nimis fortasse temerè dictum arbitror, quod Ellebori genera illa, quorum superius meminimus, non mittant radices (ut Solerius asserit) tenues, nigras, à capaceo quodam capitulo pendentes, ac consubstantes: cum omnibus non modo rei herbaria peritis sed etiam pharmacopolis, ne dicam lippis & consoribus, manifestum sit, nigri veratri communis usus radices non aliunde, quam à bulbaceo quodam tuberculo omni ex parte pen-

50 dere nigras, ac graciles, non autem capamodo bulbosas esse, & ab imo bulbo multas erumpere, ut ille pronuntiavit. Unde facile adducor, ut credam, si licet ingenuè dicere quod sentimus, Solerium, aut Dioscoridis lectionem luxasse, aut eam minus rectè percipisse, aut parum adhuc rei herbaria gnarum esse, ut qui fortè in ea re non multum laboris insumpserit. Quod autem (ut idem ait) ex hoc nostro Elleboro, dum effoditur, nullus ob vaporum halitum capitis dolor concitetur, & ob hoc illud legitimum esse non possit, nulla hac est ratio apud me. Neq. enim mirum alicui esse debet, cur id non faciat: quod Dioscorides non dicit, quod Elleborum nigrum effodientibus capitis dolorem inferat, sed quod halitus caput aggravat. Quam nimirum gravitatem id, cui stros purpurascit, tanquam ceteris acrius, apud nos sapius excitat, praesertim si ligone vulnerentur radices, & ventus adversa parte spirat. Id quod fortasse in Anticyra, Helicone, Parnaso, & Aetolia valentius praestat: quandoquidem, Dioscoridis testimonio, iis in locis acre gustu, fervensq. & omnium probatissimum gi-

Elleb. ui-  
grum nō  
esse Aco-  
niti spe-  
ciem.

60 gnitur climatis illius ratione, quod in Gallia fortasse, & in Germania caeli inclementia non evenit. Caterum quod priore nigri Ellebori genera, qua flore tum purpureo, tum albo constant, aconiti cynocloni vel lycocloni sint species (ut Solerium sibi perperam, mea quidem sententia, persuasit) mihi planè absurdius videtur, quam ut ab aliquo approbari possit & debeat. Ea siquidem aconitorum genera jam omnibus clarissime innotuerunt, suntq. caule filicis simili, cubito longiore, & ceteris. Quae sanè omnia in nigro veratro communis usus nunquam quis inveniatur. Huc praeterea illud accedit, quod nobis jam millies experimento compertum est, nigrum commune usus veratrum, quod proprio fungatur munere, atrabiliarios omnes sanare morbos: fistulas callo induratas tribus diebus impositum emollire, & purgare: in aurem demissum auditus pravitatem auferre: scabiem, vitiliginem, lepras, & impetigines illitum emendare: & carnem in ulceribus excrecentem absumere. Quibus tamen viribus non Aconitum cynoclonon, sed Elleborum praedictum esse, in confesso est. Ex his itaq. omnibus abundè perspicuum fieri puto, in hoc Solerii opinionem prorsus explodendam esse: et si idem in aliis quoq. non paucis, meo iudicio, falli deprehendatur.

Consili-  
ginis  
confid.

Veratru  
nigrum  
Tragi  
Tragus  
arguitur.

Ellebori  
utriusq;  
vires.

Veratri  
nigri vi-  
res ex A-  
ctuatio.

Veratri  
albi vires  
Matth.

Planta itaq; cuius hic imaginem exhibuimus, ad duum palmorum longitudinem assurgit, cauliculos emittit tenues ac molles, folia habet longiuscula, tenuia, quadantenus abroroni amula: flores profert buphtalmi paulo majores: ex quibus prodeunt capitula oblonga, ruborum moris similia: radicibus nititur nigris, nigrum veratrum amulantibus, tenuioribus tamen, & aliquantò nigrioribus. Plurima nascitur in Bohemia, praesertim in agro Pragensi. Ea utuntur omnes illius regni tum medici, tum pharmacopœi pro elleboro nigro: privatim magno successu ad pecorum morbos. Reliquum autem est, ut de utriusq; Ellebori viribus jam aliquid dicamus. Album, ut Mesues in suo de medicamentis dejectoriis censu prodidit, mortiferum est, quod facile homines suffocare possit: idcirco omnino rejiciendum esse precipit. Nigri tamen usum probat, sed in validissimis tantum corporibus. Quod sanè decretum nonnullos adeò perterruit, ut non modo suis medicamentis Elleborum admiscere non audeant, sed & nomen abhorreant. Verum ridendo potius timore quodam ducuntur, quam quòd jure usque adeò elleboro refragari debeant. Siquidem ego testari possum, me sexcentis ferme hominibus nigri ellebori dilutum exhibuisse nullo prorsus incommodo: atq; etiam ejusdem diluti faciendi rationem quàm plurimos docuisse medicos, qui factò subinde periculo, effectum consecuti sunt, unde ingentes mihi gratias retulerunt, quæ meritò debentur elleboro. Praestat, quod evulsis statim radicibus, interna repurgatur matrice, siccaturq; in umbra. Harum pulvis diluto longè fortior est: ob id enim non datur nisi robustis, & ubi occalluerit morbus. Proinde de eo ita scriptum reliquit Actuarius in li. de compositione medicamentorum: Veratrum nigrum, atrabilem flavamq; è toto trabens corpore deorsum, nec tamen citra ullam difficultatem pellit. Ideo febribus circuitu repetentibus, & diuturnis objicimus. Datur quoq; insanientibus: altera calvaria parte, & subter caput diutinè cruciatis commodissimum: praesertim visceribus, utero, & vesica dejectoriis medicamen postulantibus. Maxima autem ejus vis est peculiariter educere, quicquid sanguini commistum, eum corrumpit. Ideo veterascensibus arquat is morbus utile: & quibus in superficie summatim asperitudines emerferunt, velut leprosi, impetiginibus & horum similibus: elephantia quoq; laborantibus accommodatum est. Datur scrupulorum ternum pondere, aut paulò plus minusve. Fir è sicca radicum fibris, aqua paulùm maceratis: postea cortice detracto, & in umbra siccato, pro-  
jectaq; tenui, quæ in ipsa subest medulla. Exhibetur autem ex passo, & aceto mulso: verum suavitatis gratia, quædam ex odoratis seminibus inferenda. Si verò efficaciorē atq; dejectionem moliri sit in animo, scammonij paucillum adjicito: ba-  
ctenus Actuarius. Ceterum antiqui Medici albi veratri pulverem propinabant comitialibus, melancholicis, vertiginosis, insanientibus, lymphaticis, convulsis podagricis, resolutis, hydropicis, & elephantia membrorumq; tremore affectis: sed jam ejus exolevit usus, quod in pulvere non sine periculo dari possit, et si ejus diluto quàm plurimi absq; incommodo utan-  
tur. In lixivio decocta albi veratri radix, pediculos, & lendes necat. Decoquitur in lacte ad muscas perimendas. Namq; ubi degustaverint, paulò post emoriuntur. Mures quoq; necat, & gallinas. Paratur è radicum albi veratri succo in Hispania arte quadam venenum presentaneum, quo illinendis sagittis quibusdam locis utuntur venatores. Id, ut nos sepe in brutis animalibus, & gallis gallinaceis periculum fecimus, ubi sanguinem contigerit, factò cum sagitta vulnere, paulò

## IV. PSEUDOELLEBORUM.

## V. OPHRIS.



post vulneratum animal interficit. Verum enim vero me in non parvam adduxit admirationem, quòd devoratum, nisi magna fuerit quantitas, nihil ferè incommodi asferre soleat. Ideoq; eo ipso vesci venatores affirmant Hispani, cum purgationes moliri cupiunt. Ob idq; nihil mirum si ferina carnes hoc veneni genere infectæ, nihil prorsus comedentibus ob sint: verum ubi factò à jaculo vulnere sanguini se immiscuerit venenum, nullo alio antidoto servari animal potest, nisi devoratus coroneus malis, aut eorundem succo bibito. Id quod à Casare Ferdinando primo, Domino meo clementissimo, pluries audivi,

audivi. Ellebori utriusq; vires posteritatis memoria tradidit Galenus lib. 6. simpl. med. sic inquit: Elleborus uterq; tum  
 albus, tum niger, extergentis simul & excalfacientis est facultatis. Quamobrem ad alphas, impetigines, scabies, leprasq;  
 accommodati sunt. Quinetiam niger, si in fistulam callo induratum demissus fuerit, duobus tribusve diebus callum detrahitis.  
 Dentibus prodest cum aceto colluentibus. Sunt autem in tertio ordine excalfacientium, & desiccantium. Porro niger gustu  
 calidior est, candidus subamarus. Haecenus de utroq; Elleboro Galenus. Caterum quadam planta reperitur à recentiori  
 bus OPHRIS appellata, quae foliis maximè album veratrum repraesentat. Duo tantum haec folia profert: inter quae cau-  
 lis erumpit tenuis, capitulis quibusdam oblongis parvisq; in universum refertis balauftiorum effigie: è quibus flores exeunt  
 candidi, exiguis linguis similes. Radice nititur gracili, non sine multis appendicibus alba, odore praestanti. Nascitur in mon-  
 tib; & convallibus. Mansa radix glutinosum lentorem reddit, subdulci sapore: quare calida fuerit & humida. Praefertur  
 10 universa planta ad denigrandos capillos, fracturas sanandas, & vulnera glutinanda. Illa planta quae Graecis ἰνέβορος dicitur  
 nō, Latine Elleborus albus, & Veratrum album appellatur: Arabibus, Cherbachem, seu Charbechabaid: Italis, Elleboro  
 bianco: Germanis, Weiß Nießwur; Hispan. Unde gambre blanco, & yerva de ballesta: Gallis, Viraire, Veratrum, Ve-  
 ratre, & Ellebore blanc. Illa verò, quae ἰνέβορος uideatur Graecè, Elleborus niger, & Veratrum nigrum Latine dicitur: Ara-  
 bicè, Cherbachem, seu Charbech asued: Italicè, Elleboro nero: Germanicè, Criszwur; Hispanicè, Verde gambre negro, &  
 Elleboro: Gallicè, Viraire, & Elleboro noir. At Elleborum alterum, nobis Elleborum semina, seu Pseudoelleborum, Graecis  
 ψευδοέβορος: Italis Elleboro falso. At Ophris, Italis, Elleboro bianco falso: Germanis, Zwetblatt.

Ellebori  
 utriusq;  
 vires ex  
 Gal.

Ophris  
 descrip-  
 tio, & vi-  
 res.

Nomina.

Elleborus ὁ ἀπὸ τῶν ἰνέβορων, quod esu perimat, si majori nimirum quam par sit, dosi sumatur: du-  
 plex est, albus & niger: ille flore vel subviridi, vel atrorubente. Niger, alius foetidus: alius flore viridi,  
 20 alius flore magno roseo, alius Saniculæ folio major & minor, alius tenuifolius Bupthalmi flore. I. Elle-  
 borus albus flore subviridi, C.B. Elleborum album, Matth. Lob. Dod. fol. Cast. Cæs. Helleborus albus  
 Brunf. Trag. Fuch. Cordo in hist. Gef. hor. Lon. Ang. Lugd. Cam. Helleb. albus foemina, Tab. Veratrum  
 album, Turn. Dod. gal. Lac. Cordo in Diosc. II. Helleborus niger flore roseo, C.B. Elleborum nigrum,  
 Matth. Cast. Lugd. Helleborus niger, Lob. Cam. Elleborus niger verus, Gef. hor. Elleborus niger secun-  
 dus, Lug. Ellebori nigri alterum genus, Cæs. Veratrum nigrum primum, Dod. fol. Veratrum nigrum le-  
 gitimum, Clus. hist. Pan. Veratrum nigrum Styriacum, Tab. Planta Leonis, Dod. edit. gallica. Flore est  
 roseo, est, & albo. III. Helleborus niger flore viridi, C.B. Elleborum nigrum alterum, Matth. Elleborus  
 niger adulterinus domesticus, Trag. seu hortensis, Fuch. Elleborus niger vulgaris, Gef. hort. Cæs. Helle-  
 borus, niger, Brunf. Cordo in hist. Elleborus niger tertius, Lug. cui & Consiligo minor: Helleborastrum,  
 30 Turn. Lob. Pseudoelleborus niger, Dod. gal. Veratrum nigrum, Cord. in Diosc. Veratrum nigrum se-  
 cundum, Dod. fol. Tab. Clus. hist. Pann. IV. Helleborus niger tenuifolius bupthalmi flore, C.B. Pseu-  
 doelleborum, Matt. Lug. Elleborus niger verus, Trag. Elleborus niger, Lon. Helleborus niger ferulace-  
 us Theoph. Lobelo: Helleborus Hippocratis, Tab. Elleborastrum nigrum, Gef. hor. (cui & Ellebori ni-  
 gri species quorundam) Cam. Helleborine tenuifolia, Cordo in hist. Sesamoides minus, Cordo in Diosc.  
 Gef. hor. Bupthalmum, Dod. gal. & fol. Gef. hor. Anguil. Clus. hist. Pann. Lug. Cam. Etsi hujus radicem  
 venenum lethale dixerit, Castor Durantes, hujus tamen radice pro Elleboro nigro frequenter & felici-  
 ter utimur: rectè enim Gef. dixit hanc esse radicibus Ellebori nigri, viribusq; V. Ophris bifolia, C. B.

Ophris, Matr. Fuch. Lac. Cast. Lugd. Thal. Cam. Tab.  
 Cæs. Perfoliata mascula sive sylvestris mas, Brunf. Sa-  
 tyrium decimum, Trag. Bifolium, Trag. Dod. gal.  
 Lob. Bifolium secundum, Lon. Pseudoorchis, Dod.  
 fol. Alisma, Gef. de hort. Habetur folio obtuso & acu-  
 to, gemino & terno.

# I. SESAMOIDES PARVUM.

Σεσαμοειδὲς μέγα. SESAMOIDES MA-  
 GNUM. CAP. CXLVII.

Sesamoides magnum in Anticyra elleborum vo-  
 cant, quoniam albo veratro in purgationibus mi-  
 sceatur. Simile est Senecioni, aut rutæ: longo folio:  
 flore candido: radice gracili ignava: semen gustu a-  
 maro, cætera sesamæ simile. Ventrem detrahit: datur  
 tritum ad bilis, piritæq; dejectionem, quantum tri-  
 bus digitis capitur, addito veratri albi sesquibolo,  
 ex aqua mulla.

Σεσαμοειδὲς μικρόν. SESAMOIDES PAR-  
 VUM. CAP. CXLVIII.

Sesamoidi parvo cauliculi sunt dodrantes: folia  
 coronopi, minora, hirsutiora: & in cauliculorum  
 cacumine capitula florum penè purpureorum, medio  
 eorum albo: semen sesamæ, fulvum, aniarum: radix  
 tenuis. Detrahit bilem, piritasq; semen ex aqua mul-  
 sa potum dimidio acetabulo: illicitum ex aqua tumo-  
 res, ac tubercula discutit. Nascitur in asperis.

Tametsi in Commentariis nostris antea editis, scripsi-  
 mus majoris, & minoris Sesamoidis nullam nos habere  
 cogni-

Sesamoi-  
 dis cōsid.



\* II. SESAMOIDES PARVUM.  
flore magis completo Camerario. \*

Nomina.



cognitionem, nec invenisse quengquam, qui unum aut alterum genus ostenderet, tractu tamen temporis factum est, ut minus à solertissimis rei plantaria indagatoribus repertum sit, noris omnibus perquam belle astipulantibus, ut ex hac imagine quispian conjicere poterit. Hanc ego Jacobo Antonio Cortuso Patrio Patavino refero acceptam: verum an Majus ex Anticyra in Italiam hactenus allatum sit, mihi sanè incomperum est. Hoc Græci *Σεσαμώδης μέγα*, Latinis, *Sesamoides* magnum dicitur. Illud verò, quod Græci *Σεσαμώδης μικρά*, Latinis *Sesamoides parvum*.

10

Hæc ad *Sesamoides* ab aliis, ab aliis ad *Catanan*cen refertur, *Chondrillis* adnumeramus. I. *Sesamoides* primum, Matth. Cast. Lugd. Cam. Tab. *Sesamoides* parva *Dioscoridis*, Adver. & Lob. in icon. *Chondrillæ* species tertia, Dod. fol. *Catanance* quorundam, Lugd. II. *Sesamoides parvum* flore magis completo Camerario, qui suo Matthiolo adposuit: quam ad intubaceum potius referendum censet, cum radix lacte non paucio turgat: flores *cichorio* figura respondent, 20 quorum alii simplici foliorum textura constant: alii densius stipantur, colore cæruleo, staminibus in medio luteis: semen subnigrum, angulosum, pusillum, squamatis capitulis inclusum, quod sapore est dulci, nihil vel minimum amaritudinis obtinente.

*Σκινός*. CUCUMER SYLVESTRIS.  
CAP. CXLIX.

Cucumis sylvestris fructu solo distat à sativo cucumere, quem longè minorem parit, oblongis glandibus non dissimilem: folia, atque sarmenta sativi refert: radice candida, magna. Nascitur in sabuletis. & rudibus: frutice in totum amaro. Infiltratus

Elaterium.

foliorum succus aurium dolori convenit. Illita ex polenta radix, veterem omnem tumorem discutit: imposita cum resina terebinthina, tubercula rumpit: ischiadicis infunditur: podagras discutit, decocta ex aceto & illita. Ejus decocto dentes in dolore colluuntur. Aridæ farina impetiginem, lepras & vitiliginis absterget: nigris cicatricibus colorem reddit, & in facie maculas expurgat. Radicis succus seliquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte, bilem, pituitamq; dejiciunt, præsertim in hydropicis: dejectiones autem citra stomachi injuriam movet. Radicis selibra, in vini præsertim Lybici hemina conteritur, danturq; ex eo terni cyathi triduo, dū tumor abundè deprimi cernatur. E fructu hujusce cucumeris fit medicamentum, quod *Elaterium* vocatur, ad hunc modum. Decerpti cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, servantur nocte una: post triduo imposito supra craterem rariore cribro, utriusq; manibus prehensi, sigillatim supino cultro, sursum versus aciem habente, finduntur, atq; per cribrum humor in subjectum vas exprimitur: simulq; carnosum, quod hæsit cribro, quòd facilius excidat, eliditur: quod ita pressum est, residere sinitur, atque in vicinam peluim demittitur. Coacervata autem in cribro segmina dulci aqua perfunduntur, & denuo pressa abjiciuntur. Humor in pelvi agitur, & linteo opertus, soli exponitur, dumque steterit, tota supernatans aqua cum humore concreto, effunditur. Hoc verò identidem fieri solet donec existens aqua liquefcat: qua stillatim exhausta, sedimentum mortario suscipitur, & conterendo cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam protinus succi abundantiam, 50 cribratos cineres humi inspargant, & medium cavantes, triplicatum linteum obtendant, per quod elaterium cum sua humiditate diffundunt, siccatumque in pila, ut dictum est, conterunt. Aliqui pro dulci aqua marinam perfundentes, ita eluunt. Alii in novissima lotionem mulsam aquam respergunt. *Elaterium* opimum esse constat, læve, non ponderosum; cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quodque lucernarum luminibus objectum, facile flagret. Porraceum tamen scabrumque, si turbidum spectetur, atque ervi cinerisque plenum sit, grave & vitiosum esse solet. Nec desunt, qui cucumis succo amylium immisceant, & candorem ipsum, & lævitatem imitentur. A bimatu ad decennium dejectionibus utile est. Integer modus obolus est, minimus semiobolus, pueris chaldi duo, siquidem copiosius, periculum adfert. Bilem, ac pituitam utraque parte extrahit: optima suspensio est purgatio: quod si in animo sit dejectionem moliri, adjecto salis duplo, & stibii quod colorare sufficiat, ex aqua, ervi magnitudine catapotia dato, postea cyathus unus aquæ tepidæ sorbeat. Ad citandas tamen vomitiones aqua diluens elaterium, subjectas linguæ partes penitissimè penna oblitio: quod si quisquam difficilius evomat, oleo, aut unguento irino resolutio: somnum inhibeto. Porro his, qui eximie vacuantur, continue vinum, & oleum dare convenit: etenim vomendo restituuntur. Quod si vomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quæ stomachum densando corroborant, offerenda sunt. Ciet elaterium menses, & partus enecat, in pello subditum: morbo regio medetur, cum lacte naribus infusum, & diuturnis capitis doloribus liberat: efficacissimè anginis illinitur, cum vetere oleo, melle, aut felle taurino.

Sylvestris

## CUCUMER SYLVESTRIS.



Sylvestris Cucumis frequens in Hetruria provenit, præfer-  
 tim agro nostro Senensi in oppidorum plateis, & secus mæ-  
 nia, & semitas, incultis & uliginosis locis. Ex ejus fructibus  
 succum exprimunt officina, atq; Elaterium vocatum parant.  
 Viticulas hami fundit bicubitales, ac adeo asperas ut contre-  
 stantes pungere videantur. Folia illi sunt sativo cucumeri si-  
 milia, sed rudiora, hirsutiora asperioraq; & averſa parte sub-  
 albicantia, numerosis intercuſantibus venarum lineamen-  
 tis, longis, crassis asperisq; pediculis nitentia. Flores ex alarum  
 cavitatibus in loco cavie prodeunt aures ſtellarum figura ſa-  
 tivo cucumeris modo, retrò extuberante fructu, qui tandem  
 auctus & longus factus, glandu magnitudinem ſuperat, aut  
 dactylos aquat. Is hiſpidus eſt, & quaſi aculeus horreſcit, qui  
 menſe Auguſto maturus factus, candicat, & ſponte, aut levi-  
 us impulſus non ſine impetu à pediculo diſiungitur, & tor-  
 menti inſtar, nigrum, maturumq; ſemen una cum ſucco in te-  
 gentes ejaculatur, quaſi injuria propulſator. Radice nititur  
 adſtranti, & quandoq; longiore, brachiali craſſitudine,  
 candida plena, ſuccoſa. & inſigniter amara, quæ admodum  
 planta tota & fructus Naſcitur locis incultis, in ſabuletis, ac  
 rudioribus. Officina ex fructuum ſucco Elaterium parant. Va-  
 lerius Cordus nuper editus à Geſnero Galenum reprehendit,  
 quod dixerit in libro de ſimpl. med. facult. ſemina agreſſu cu-  
 cumeris omnino eſſe amara: ſed pace mortui Cordi dixerim, tur-  
 falſo Galenum impugnari, cum nuſquam (quod viderim le-  
 gerimq;) id ſcripſerit Galenus. Is enim libro quarto de ſimpl.  
 med. facult. c. 7. quadam cucumerum ſemina amara eſſe di-  
 cit, quemadmodum & amygdala, ſed non explicavit, an in  
 agreſſu cucumere, vel in ſylveſtri id quandoque reperitur:  
 quanquam conjectura quadam affirmari poſſit, de ſativo cu-  
 cumeris tantum ſemine Galenum eſſe locutum, utpote qui

Cucu-  
 meris  
 ſylveſtris  
 conſid.

Galen. à  
 Cordi re-  
 prehendi.  
 defendi.

Elateriū  
 omatum  
 medica-  
 mento.  
 rum diu-  
 rantiſſi-  
 mum.

Plinius  
 de Elate-  
 rio.

Elaterii  
 vires ex  
 Meluc.

legentes admonere voluit, hujusmodi ſeminum nucleos qui natura dulces ſunt, quandoq; etiam amareſcere ſoli, in quo  
 ſeruntur, vitio. Caterum de Elaterio diſſerens Theophraſtus lib. 9. c. 14. de hiſtoria plantarum, ita ſcribit: Sed omnium me-  
 dicamentorum diuturniſſimum Elaterium eſt, optimuq; quod vetuſtiſſimum. Itaq; medicus quidam, vir haud inſolens,  
 neq; mendax, elaterium ducentorum annorum, virute mirabili ſervare apud ſe retulit, eo à quodam munere donatū.  
 Cauſa, ob quam tam longo ſervari tempore poſſit, humoris copia eſt: quamobrem vel cum præciderint, in cinere humidum  
 ponunt, & tamen ne ita quidem ſiccari poſſit, ſed uſq; ad quinquageſimum annum lucernis admotum lumen extinguit.  
 Hac igitur viſ peculiaris iſti tribuitur: haſtenus Theophraſtus. A quo maxime diſſentire videtur Dioſcorides: quippe qui  
 Elaterium dixerit à bimatu ad decennium deſectionibus utile eſſe. Theophraſtus verò, idem ducentis annis mirabili virtu-  
 te ſervatum eſſe ait. Quin & in eo diſcordare deprehenduntur, quod aliter tradiderit tantū humoris in ſe continere Elate-  
 rium, ut uſq; ad quinquageſimum annum lucernis admotum lumen extinguat: Alter verò probatiſſimum illud eſſe Elate-  
 rium, quod lucernarum luminibus objectum facile ſlagret. Theophraſto ſubſcribit Plin. l. 20. c. 1. ubi ſic inquit: Elaterium  
 uſq; ad quinquageſimum annum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum eſt, ſi admotum prius  
 quam extinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat: hac Plin. Theophraſtum ſecutus. Ceterum hac in re facile credide-  
 rim, Dioſcoridis codicem hoc in loco omnino depravatū eſſe. Quippe præter Theophraſti, & Plinii ſententiam, cum omne  
 humidum, quod pingue non ſit, ignis flammam protinus extinguat, nulli profeſſo dubium eſt, quin Elaterium, in quo hu-  
 miditas aquea multum exuperat, potius flammam extinguat, quam ſlagret: namq; flammæ admotum, excitato in humi-  
 do à calore ſtatu, lumen extinguit: id quod nobis aliquando experimento compertum eſt. Elaterii vires deſcripſit Meſues  
 inter ſua deſcientia medicamenta, ubi in hunc ſenſum inquit: Cucumis ſylveſtris, ſive aſpinus abradit & vaſorum oſcula  
 aperit: proinde & inteſtinorum tormina excitat, & alia adfert nocumenta. Sed tolli hæc omnia poſſunt, ſi addatur aut  
 bdellium, aut tragacantha lacryma, aut aqua mulſa cum ſalis modico, aut ſi ex lacte bibatur. Roboratur elaterii vi, ad-  
 dito ſoſitii ſali momento, aut odorato pulvere, quem officina ſpecies alephanginas vocant: in enim admiſtum ſelicius quo-  
 que operatur. Purgat, ut quidam ſerunt, ſcaremonii modo. At revera magis pituitam deſicit, quam bilem: quamvis &  
 hanc quandoq; deſtrahat, præſertim cum deſectioni parata promptaq; ſeſe offert. Mirificè præter hæc ſanguinis ſerum ex-  
 purgat, ab in poſitiſſimum partibus ducens, à quibus agre decumbentes humores detrahi ſolent: quamobrem articulorum  
 dolore vexatis opem non modicam præſtat. Radix in aqua elixa, uſa, & oleo ſubacta cum abſinthio, diuturnam hemicra-  
 niam ſanat. ſincipiti & loco dolenti illita, ſi tamen prius ejus decoſto ſoveatur locus. Præſtat idem & ſuccum ex lacte nari-  
 bus immiſſus, quod cerebrum purget: idcirco & narium tadia delet, & comitiales juvat. Idem obduratos reſolvit abſceſſus,  
 quemadmodum & ſtrumias, præſertim addito melle, & caprino ſtercore. Radicis, & cucumis ſuccus aqua intercutere labo-  
 rantibus præſtantiſſimum eſt medicamentum, quod ſlavam propriè educat aquam. Ad idem valet & radicis decoctum.  
 Prodeſt præterea arquatibus, & jecoris, & lienis obſtructionibus. Item iſchiadicis, tum clyſteribus inſuſum, tum etiam ſi de-  
 cocta radix exterius imponatur. Siccata radicis pulvis, vulnerum cicatrices attenuat ex melle impoſitus: & ſugillata ex  
 iclu delet. Ejusdem ſuccus ſabacea farina admiſtus, & linimenti modo adhibitus maculas omnes, quæ cutis nitorem viti-  
 ant, mirificè detergit. Sed animadvertendum eſt, ne plus quam par ſit hauriatur: quod reſeratis vaſorum oſculis ſangui-  
 nem eliciat. Cucumeris agreſſis vires reddidit Galenus li. 8. ſimpl. med. his verbis: Cucumeris agreſſus, & fructus ipſius ſuc-  
 cus, quem vocant Elaterium, & non minime radicis: ac foliorum, ad medicationes accommodus eſt. Elaterium itaq;  
 menſes ciet, & ſatum interimit appoſitum, cum alia omnia amara ſimul & ſubtilium partium, maxime ſi aliquam habe-  
 ant caliditatem, veluti nimirum Elaterium. Summe ſiquidem amarum eſt, leviter calidum, ut ex ſecundo ſit ordine ex cal-  
 facientium.

Cucu-  
 meris ſyl-  
 veſtris vi-  
 res ex  
 Gal.

facientium. Porro tale protinus digerendi vim possidet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle, aut oleo vetere. Bonum item est regio morbo affectis, fusum cum lacte in nares. Hoc etiam usu dolores capitis sanat. Atq; Elaterium quidem ejusmodi est. At radice succus, ut & foliorum, licet elaterio similem vim habeat, imbecillior tamen. Sed & ipsa radix ad similem facultatem possidet: abstergit namq; digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius desiccatur. Hujus planta Græcis οἶνος & γῆς appellatur: Latinis, Cucumis anguinus, sylvestris, & erraticus: Officinis, Cucumer Asininus: Arabibus, Chese allimar, Kate alheni, seu Chetha alhamar: Itali, Cocomero salvatico: Germ. Wilder Cucumer / & Esels Cucumer: Hispanis, Cogombrillos amargos: Galli, Cocombre sauvage. Ejus verò succum Græci ἐλατερῖον, Latini similiter Elaterium vocant: Itali, Elaterio. † (Quod si in animo sit dejectionem moliri &c.) Duo hic sunt ab omnibus Dioscoridis interpretibus neglecta, quæ facile condonaverim Hermolao, Marcello, & Ruellio: illi quidem, quod medici non fuerint, huic verò quod in philologiam suam potissimum studia collocaverit. At in Cornario, Amatho Lusitano, & Lacuna majorem intelligentiam requiro, cum medicos phisicos sese professi sint publicè, ac de medicina faciendâ, etiam posteris monumenta reliquerint. Unum est, quod in omnibus ferè vetustis exemplaribus manuscriptis legitur non γῆρας, sed οἶνος & γῆρας, cuius vocis abbreviatione, & cognatâ literarum similitudine decepti sunt omnes Latini interpretes, quod verbum γῆρας, nihil prorsus ad rem faciat. Nam quid stibio crudo cum Elaterio conveniat non video, cum nulli medicamento purganti veteres unquam stibiū adjecerint, neq; quicquam tale de ejus facultatibus à nostris majoribus proditum sit. Sinapi verò additum puto ad vim elaterii roborandam, & malitiam corrigendam, ut Rhabarbaro spica, & alia aliis purgantibus adjuncta sunt, à primis medicina parentibus. Quod autem οἶνος loco γῆρας legendum sit, patet ex ipsius Dioscoridis volumine de medicamentis facile parabilibus, ubi de curandis difficilibus respirationibus, & asthma differunt. Namq; ibi sic habet ἡ δ' αὖτε γῆρας ἡ αὖτε οἶνος, οἶνος γῆρας ἡ αὖτε οἶνος, οἶνος γῆρας ἡ αὖτε οἶνος. Patet quoq; ex Aëtii verbis 2. Tetrab. Sermon. 4. cap. 57. ubi Græcum exemplar ab Aldo excusum, contra Cornarium sic habet: Mirum in modum efficax est vomitorium ex elaterio, quo ad occultas anginas utor, Elaterii obolum dimidium, niri spuma obolostres, sinapi drachmam unam. Hæc in aqua dissoluta redigo in catapotia. & mane duo, duoq; vespere exhibeo: purgat enim citra molestiam supernè, & paroxysmum magna ex parte solvit, & affectum, siquid remanserit arcet. Postremò hujusce cathartici propè ut ab Aëtio descripti, memini Galenus in calce lib. 7. de comp. medic. secundum locos, inter Andromachi medicamenta. Alterum in quo doctiores desiderio interpretes, est quod οἶνος γῆρας, Latine converterint quantum ad colorem inferendum sit satis, cum vox ambigua γῆρας tum ad colorem, seu tincturam, tum etiam ad compagem, & solidum pilularum corpus referri queat. Idcirco, ut orationis contextus rei medicæ peritos docere potuisset, & ex Hesychio interpretari licuisse, γῆρας significat etiam πρὸς τὴν ἡ γῆρας, seu (ut Barbari loquuntur) incorporare.

Cucumis sylvestris asininus dictus, C.B. Cucumer sylvestris, Matth. Fuch. Lac. Lobel. Cucumis sylvestris, Trago, Dod. gal. & fol. Lon. Cæsalp. Cam. Cucumis anguinus, Turn. Cord. in hist. Cucumis erraticus, Gef. hor. Cucumer asininus. Tab. Cucumer agrestis, Brunf. Cord. in Diosc. Lugd. Ex fructibus decerpis una nocte servatis, postridie cultro supino fissis, succus deorsum labens in subiectum vas, interposito cribro colligitur & ramenta aqua dulci perfunduntur, & in subiectam pelvim premuntur. Humor collectus in sole siccatur & in pastillos firmatus, Elaterium dicitur, Agitatorium apud Theophrastum Gaza vertit.

Staphis agria.

STAPHIS AGRIA.

CAP. CL.



Staphidis  
agriæ  
confid.

Staphidis  
agriæ vi-  
res ex  
Galeno.

Staphisagria, sive herba pedicularis, folia habet labruscæ divisa: & cauliculos rectos, molles, nigrosque: fert florem glasti: & folliculos virides, similes ciceri, & in his nucleum triangulum, scabrum, ex nigro subfulvescentem, intus album, gustu acrem. Grana quindecim, si trita in aqua mulla dentur, crassum humorem per vomitum purgant: sed qui hauserunt, ambulare debent. Prudenter tamen attendere oportet, & aquam mulsam continuò potui dare: quoniam pericula strangulationis inferunt, & fauces adurunt. Trita, & ex oleo illita phthiriasi prodest: item prurigini, & psoris. Cit plurimam pituitam commanducata: decocta in aceto, dentium dolori, colluto ore, subvenit: rheumatismum gingivarum sistit: ulcera oris manantia cum melle sanat. Urentibus malagmatis imponitur.

Staphis agria, quam officina Græca voce corrupta vulgò Staphisariam vocant, Latinis ab effectu, quod pediculos necet. Herba pedicularis dicitur. Hæc in Istria, Dalmatia, Apulia, & Calabria frequentissima provenit. Ejus semen copiosum apud seplasiarios invenitur: namque eo frequenter utuntur medici in apophlegmatismo. Id quod etiam plurimum expetitur mulieribus ad pediculos, & lendes necandos. Sunt qui scribant, epotus Staphidis agria floribus, & illitis ejusdem foliis, sanari eos qui à serpentibus demorsi sunt. Staphidis agriae meminit Galenus in Astaphide libro 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Astaphidis agria vehementer acrem obtinet facultatem, adeo ut ex capite pituitam purget, quod

ἀποδύμεντες Graci dicunt, abstergatq; valenter. Itaq; ad psoram accommodata est. Sed & urendi vim aliquam ha-  
bet. Ea planta Graci γαπίς ὀξυς, & ὀξυς ὀξυς nominatur: Latini, Staphis agria. Uva sylvestris, Herba pedicularis,  
& pituitaria: Arabibus, Alheras, Habelras, Mutbazagi, sive Minbezegi: Italis ac officinis, Staphisaria, German. Stif-  
mün; Hispanis, Fabara & Paparaz: Gallis, Estaphisagrie, & herbe aux pouls.

Staphis agria quæ nunc in Græcia φασγόνιον, & ὀξυς ὀξυς, granum pedicularium ab effectu dicitur.  
Staphis agria, Matth. Trag. Fuch. Turn. Dod. gal. & fol. Gef. hor. Lon. Cast. Lugd. Cæs. Camer. Lob.  
cui & Vitifolia, in iconibus, Pedicularis sive Phthiroctonon, Cordo in Dioscoridem.

Θαψία.

THAPSIA.

CAP. CLI.

**T**hapsia nomen ideo accepit, quod in Thapso ejusdem nominis insula, primum inventa sit. Tota ve-  
rò natura ferulæ similis est: graciliore caule: foliis foeniculi: umbella anethi in cacumine à singulis  
furculis erumpente: flore luteo: semen quale ferulæ: latiusculum, sed aliquanto minus: radix nigra, in-  
tus candida, a longa, acris crassiore libro vestita. Succus extrahendi ratio hæc est. Facto in ambitu scrobe  
cortices inciduntur, aut radix in fornacis speciem in se excavata cooperitur, quod merus succus confluat:  
oporteret illuc sequenti die se conferre, & congestum succum extrahere. Tunditur etiam radix in pila, &

THAPSIA.



succus organo per qualium expressus, fœtili crasso in-  
solatur. Aliqui folium unà terunt: sed invalidior hu-  
jusmodi succis. Hoc autem interest, quoniam qui  
ab radice manavit gravius olet, & humidus per manet:  
è foliis autem extractus exiccatur, atque teredinum  
injeriam sentit. Qui succum colligit, stare debet non  
obversus vento: aut potius cum dies aprius est, & a  
flatu fileat: quoniam ob halitus acrimoniam facies ve-  
hementer intumescit, nudaque corpora invadunt pu-  
stulæ: ob id prius liquido cerato, & adstringente, nu-  
das partes illinunt, & ita muniti accedunt. Tam cor-  
tex radices, quàm succus purgandi vim habent, & la-  
cteus succus in aqua mulsa potus: nam utrinque bilem  
extrahunt. Radicis modus quaterni oboli cum tribus  
seminis anethi drachmis: succi terni oboli: lactis, o-  
bolus unus: quod eo amplius assumitur, periculosum  
est. Hujusmodi purgatio convenit suspensiosis, & diu-  
turnis laterum doloribus, rejectionibusque: datur in  
cibis, aut obsonio, quibus difficile sit vomere. Tam  
radix, quàm succus omnium maxime, quæ pares cum  
eis vires adepta sunt, vim habent extractoriam ex al-  
to, ubi ex imo aliquid evocandum est, aut meatuum  
laxitas aliò transferenda est: unde succus illitione, aut  
radix recens affricu alopecias explent. Radix, suc-  
cusque cum æquis ceræ, thurisque portionibus, su-  
gillata, livoresque tollunt: sed non plus binis horis  
dimittantur: locus deinde aqua maris calida fovea-  
tur. Vitia cutis in facie emendat, cum melle illitus  
succus, lepras tollit: tubercula discutit, perunctus  
cum sulphure. In diuturnis pulmonum, laterum, pe-  
dum, articularumq; valetudinib. utiliter illinitur. Va-  
let ad integendam colic glandem iis, qui natura, non

circumcisione curti sunt: tamen enim excitat, qui pinguiu foru emollitus, præputii jacturam refarcit.

**D**e thapsia viribus locutus est Theophrastus libro 9. cap. 22. de plantarum historia, ubi ita scribit: Thapsia radix vom-  
itoria est, & si quis continuit, tam superius, quàm inferius purgat. Ad hac livida tollere potest: suppuraciones ta-  
men alias exalbidat facit. Succus ejus validior est, & quidem tam superius, quàm inferius purgat. Nullus seminis usus.  
Nascitur tum alibi tum in terra Attica, in qua pecudes incolæam non tangunt, peregrine vero depascunt: & aut alvus  
solvitur, aut intereunt: hæc enim Theophrastus. Thapsiam author est Plinius libro 13. cap. 22. à Nerone claritatem acce-  
pisse, eique magnosui fuisse sui imperii initio, quod nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum  
thapsia, thure. & cera sequenti die contra famam cutem synceram circumferret: etenim ea mirum in modum sugilla-  
ta delet. Thapsia plurima nascitur in Apulia præsertim Gargano monte, inter complures ferulacei generis plantas. Prove-  
nit & in nostris maritimis locis adeo ferula ad similes, ut non facile, nisi à rei herbaria peritis, una ab altera dignoscatur.  
Visitur etiam hodie in hortis ad spectaculum plantata, qua ratione jam ferme omnibus innotuit in Italia. Caterum  
non desunt impostores, qui Thapsia radicum cortices pro Turpeto venditent: quæ quidem à peritis seplasiariis in ea medi-  
camenta jure optimo addi possunt, quæ Thapsiam exposcunt: sed in Turpeti locum non sunt, meo judicio, recipiendæ.  
Quapropter maxime in hoc (ut superius diximus in Tripolii commentatione) à Eufasio dissentimus, qui Turpetum à Me-  
sue descriptum, nil aliud esse censet, quàm Thapsia radices. Thapsia vires memoria prædixit Galenus libro 6. simplicium  
medicamentorum, sic inquit: Thapsia acrem habet, ac vehementer excalfacientem facultatem cum humiditate.  
Quamobrem ex alto violenter extrahit. & ipsum quod extrahit, digerit. Verum plusculum ad ea efficienda tempus po-  
stulat, ut quæ largè excrementitia humiditate impleta est, ob quam celeriter corrumpitur. Et libro primo de compositio-  
ne medicamentorum secundum locos, sic inquit: Qui Thapsia utitur, sciat opus est, maximam differentiam esse recen-  
tis ad

Thapsia  
vires ex  
Gal.

C c c c

tis ad